[illegible]

CONCIO I.

*Paraſ.* 1. *Theſſ.* 5: 16-18. monemur ad continuam oratio[illegible] & gratiarum actionem, quod vere [illegible] eſt proprium; [illegible] docet B. Lutherus in Explicatione [illegible]; idem [illegible] urget S. R. [illegible] hoice dies Solennium [illegible] indicens, [illegible] eſſemus & [illegible] dicto audientes, [illegible]

TEXTUS *Eſaj.* 37: v. 1.

EXtra. ſunt conſolatione plenæ promiſſiones Dei de exauditio[illegible] precum noſtrarum, *Pſal.* 50: 15. & 91: 14-16, &c. ſed quod non ſequatur ſemper effectus, verum ſæpe irritæ ſint, docet Apoſtolus *Jac.* 4: 2, 3. oramus n. de ubertate annonæ: de proſpera [valet]udine, de pace, &c. ſed hiſce non raro abutimur; caveamus ergo à Donorum Dei abuſu, & ex hoc textu diſcamus

*Quomodo cum fructu orabimus?*

*Forma ex Luc.* 8: 15.

Orationis deſcriptiones ſunt quidem variæ, ſed accommoda [vi]detur illa, quæ dicitur colloquium cum Deo, (*Conf. Q. 9. Catech.*) [&] quæritur ulterius (*in ſeq. Q.*) quomodo cum Deo colloque[n]dum, ſive orandum, ut exaudiamur? ubi quatuor [illegible] [illegible] innuuntur, ut ſc. oremus (1) In nomine Chriſti, (2) pœniten[ter], (3) confidenter & [illegible]

1689.

[illegible] agit hicce textus, oratio [illegible] Propheta una cum Hiſchia [&] populo Judaico in ſua anxietate.

I. *Pœnitenter*, [illegible] quod a Hiſchia [ill]ud ex corde vere pœnitente prodierit, patet ex [illegible] notetur tota Hiſtoria. Tempore n. Hiſchiæ Regis Juda, ſurrexit [Rex] Aſſyriæ Sanherib contra civitates Juda, illasque ſibi ſubjugavit, [2.] *Reg.* 18: 13. & Hiſchiam tributarium fecit [illegible] ſed [illegible] [illegible] & populo Iſraelitico abducto [illegible] [tri]buto iſto non contentus, copias ſuas cum præfectis [illegible] [illegible], inſolenter minas evomens in Regem [illegible] cum [bl]aſphemiis in Deum verum, [illegible] ſed humiliat ſeſe Rex Hiſchias [illegible] Deo, veſte[s] [illegible], templum Domini ingreditur, [illegible] [fu]ndit preces [illegible] ingeminando [illegible]

[illegible] *Conf. Pſal.* [illegible]

[II. *Conf*]*identer*, [illegible] expectavimus. [illegible] in te ſperavimus, ubi confiſi ſumus, quam [illegible] verbis exprimit Hiſchias, 2. *Reg.* 19: 14. *ſeqq.* [illegible]

 *Eſai.*

605
106

## CONCIO I.

*Paraſc.* 1. *Theſſ.* 5: 16--18. monemur ad continuam orationem & gratiarum actionem, quod veri Chriſtiani eſt proprium: idem docet B. Lutherus in Explicatione præcepti ſecundi: idem quoqve urget S: R: May:tas hoſce dies Solemnium precum indicens, utinam eſſemus & Nos dicto audientes, *Votum*.

## TEXTUS *Eſaj.* 33: *v.* 2.

EXord. ſunt conſolatione plenæ promiſſiones Dei de exauditione precum noſtrarum, *Pſal.* 50: 15. & 91: 14-16, &c. ſed quod non ſequatur ſemper effectus, verum ſæpè irritæ ſint, docet Apoſtolus. *Jac.* 4: 2, 3. oramus n. de ubertate annonæ; de proſpera valetudine, de pace, &c. ſed hiſce non raro abutimur; caveamus ergo à Donorum Dei abuſu, & ex hoc textu diſcamus

### *Qvomodo cum fructu orabimus?*

*Votum ex Luc.* 8: 15.

Orationis deſcriptiones ſunt quidem variæ, ſed accommoda videtur illa, quæ dicitur colloquium cum Deo, (*Conf. Qq. Catech.*) & quæritur ulterius (*in ijsd. Qq.*) quomodo cum Deo colloquamur, ſive orabimus, ut exaudiamur? ubi quatvor orationis requiſita innuuntur, ut ſc. oremus (1) In nomine Chriſti. (2) pœnitenter. (3) confidenter & (4) corporalia cum conditione. De duobus requiſitis agit hicce textus: oravit n. Propheta unà cum Hiſchia & populo Judaico in ſua anxietate.

*I. Pœnitenter*, HERre war oß nådeligh/ quod a. ſuſpirium illud ex corde verè pœnitente prodierit, patet ex 2. *Reg.* 19: 1, 2, 3. & notetur tota Hiſtoria. Tempore n. Hiſchiæ Regis Juda, ſurrexit Rex Aſſyriæ Sanherib contra civitates Juda, illasque ſibi ſubjugavit, 2. *Reg.* 18: 13. & Hiſchiam tributarium fecit, v. 14, 15, 16. ſed victâ Samariâ & populo Iſraelitico abducto, 2 *Reg.* 17: 4. *ſeqq.* & 18: 9- 12. Tributo iſto non contentus, copias ſuas cum præfectis mittit Hieroſolymam, inſolenter minas evomens in Regem Hiſchiam, cum diris blasphemiis in Deum verum, leg. v. 17. *ſeqq.* præcipuè v. 29, 30. 35. & *cap.* 19: 10, 11. ſed humiliat ſeſe Rex Hiſchias coram Deo, veſte lugubri indutus, templum Domini ingreditur, in anxietate ſua devotas fundit preces, v. 1: 14--19. ingeminando illud, HERre war oß nådeligh/ (*Conf Pſal.* 85: 5- 8.) *idque*.

2. *Confidenter*, Ty effter tigh bijde wij/te expectavimus, (*juxta Hebr.* & *interp. Græc.*) in te ſperavimus, tibi confiſi ſumus; quam fiduciam pluribus verbis exprimit Hiſchias, 2. *Reg.* 19: 14. *ſeqq.* &

*Eſaj*, 37: 14. *ſeqq.* eadem devotione præivit David *Pſal.* 31: 2. *ſeqq.* & 9: 1, 2. & 112: 6-8. war theras (populi Judaici) Arm. per brachium Dei, notatur ejus potentia, ut *Job.* 40: 4. ſic *Pſal.* 79: 11, & 89: 14. *conf. Exod.* 15: 16. cum *Pſal.* 136: 11, 12. & Maria in Cantico, *Luc.* 1: 51. bittida / in matutinis, h. e omni tempore matutino, vel quolibet die, vel tempore, ut explicari poteſt, *Pſal* 5: 3. & 90: 14. vel cum tuâ ope maximè indigeo, *Pſal.* 143: 8 och wår Helſa / ſalus, h. e. Salvator, *leg. Pſal.* 27: 1 cum expl. vern. *conf. Pſal.* 24: 5 & 25: 5. i nödenes Tijdh/ tempore anguſtiæ, quâ circumcinctus erat Hiſchias cum populo, ſed vera piorum arma capeſſit, ut patet ex locis citatis. Sic Joſaphat cum populo in ſummis anguſtiis ad Deum auxiliatorem unicè fugit, *leg.* 2. *Chron.* 20: 3, 4, 5, 6, 13. Hiſchiam conſolatus eſt Deus per Eſajam, *Eſaj.* 37: 21. & Joſaphat per Jehaſael 2. *Chron.* 20: 14. *ſeqq.* Hiſchiæ hoſtes per Angelum Domini proſtrati ſunt, numero 185000. *Eſaj.* 37: 36 & hoſtes Joſaphat per arma inteſtina, *ad laudes Domino dictas.* Hinc David Dei auxilium in tribulatione paſſim extollit, ut *Pſ.* 6: 10-13 (*vid expl. vern.*) *conf. Pſ* 46: 8-12. & 62: 6-9.

*Uſus. I. Nunquam bella piis, nunquam certamina deſunt,*
*Et quo cum certet mens pia ſemper habet.*

& *Job.* 7: 1. ſunt hoſtes aperti & clancularii, ſunt ſpirituales & corporales, contra quos piis eſt dimicandum: ergo indeſinenter precabimur, förlåne oß Gudh ſå nådeligen/ ꝛc. precabimur & ſectabimur pacem, *Rom.* 12: 18. *Hebr.* 12: 24. add. 1. *Petr.* 3: 11.

2. Cum habeat & Patria noſtra hoſtes & inimicos, fortè plures clancularios, ergo non fidendum ſolis armis carnalibus, ſed potiſſimum ſpiritualibus, ad exemplum Hiſchiæ & Joſaphat, de quibus jam dictum eſt, ſic in nomine Domini Zebaoth congreſſus eſt David cum Goliatho, 1. *Sam.* 17: 45. Joſua cum Amalechitis, *Exod.* 17: 9-13 & Gideon cum Midianitis, *Jud.* 7: 19. *ſeqq.*

3. Meritò nobis gratulamur de ſtatu Regni pacato, quem ſi turbaverint infenſi noſtri hoſtes, ad fortem propugnatorem noſtrum fugiamus, dicentes: war oß nådeligh/ ꝛc. *Concl. ex Syr.* 50: 24 25, 26.

## CONCIO II.

*Paraſc. Pſal.* 34: v 16, 17. *Expl. & Appl.*

### TEXTUS *Hebr.* 3: v. 12, 13.

EXord. *Syr.* 5: 4-9. ubi ſalutarem admonitionem notent Hypocritæ & procraſtinatores, qvi nil morantur verba Spiritus Sancti, *Pſal.* 95: 8. idem inculcatur in hoc Textu, in qvo notabimus,

*I, Qvid fugiendum? II. Qvid faciendum?*

Jehovah juva,

I. Inſcri-

I. Inſcribitur hæc Epiſtola, unde hic Textus legitur, *ad Hebræos* qvi fuêre Judæi, Auctor *principalis*, eſt Spiritus Sanctus, 2. *Pet.* 1: 21. *Miniſterialis* eſt Paulus Apoſtolus, qvod patet ex 2. *Pet.* 3: 15. & ex ipſo Stilo, & eſt hæc Epiſtola præclarum Scriptum inter libros Novi Teſtam. de Chriſto θεανθρώπῳ. In hoc Cap. 3. loqvitur de Chriſto, ejusq; officio Prophetico, cui obedire tenentur, qvia Chriſtus major eſt Moſe, & ex occaſione infert verba Spiritus S. ex *Pſal.* 95: 8. prævia gravi admonitione *Verſ.* 12. Seer til k. Bröder/ Fratres vocat Judæos, fuerunt enim ex eadem gente cum Paulo: item profeſſione Fratres, qvia fuerunt in fœdere cum DEo per circumciſionem, Sanctos eos vocat verſ. 1. ſiqvidem paricipes erant vocationis Cœleſtis, ut ſtatim explicat verſ. eod. Seer til/ circumſpicite, non tam extra vos, ſed imprimis intra vos; Excutite corda veſtra, qvalia ſint & Conſcientias veſtras, *qvæ mille ſunt Teſtes.* an ſc. nos condemnent vel abſolvant. Circumſpicite, inqvam, & cavete, at icke til ewentyrs uthi någon eder (ibland eder) qvilibet in ſeſe deſcendat & expendat an ſit in ipſo ett argt och otroget Hierta/ Καρδία πονηρὰ ἀπιστίας *habet textus orig.* ett argt otrohets Hierta/ qvale abominatur David *Pſal.* 38: 3. & 101: 4. & deſcribit Jeremias. Cap 17: 9. De effectis ejus agit Chriſtus, *Matth.* 15: 18, 19. Conf. *Rom.* 1: 28. ſeqq. & h. l. addit Apoſtolus peccatum ἀπιστίας, incredulitatis, per qvam the träda ifrån lefwande Gudh/ ad muta idola & Deos fictitios, leg. *Exod.* 32: * qvos irridet *Jer.* 2: 19. Conf. *Pſal.* 36: 10. & *Joſ.* 4: 14. verè enim duplex Peccatum committunt.

II. *Quid faciendum.* uthan förmaner eder ſielfwa/ h. e. Conſiderate amentiam populi judaici, cui applicata ſunt verba Pſaltis, *Pſal.* 95: 8. ſeqq. Sed non auſcultarunt voci Domini, obduruerunt enim in malitia ſua, & proſtrati ſunt, lege *Num.* 14: 34. ſeqq. illorum ergo exemplo diſcite vos cautius mercari, attendentes ſeriis ac ſalutaribus admonitionibus Spiritus Sancti in S. Script. och förmaner eder ſielſwa/ *Eſa.* 2: 3-5. conſiderantes quæ ad pacem veſtram ſpectant, & exempla, quæ in emendationem noſtram ſcripta ſunt, 1 *Cor.* 10: 6-11. alla dagar/ nulla intermiſſa die, nullo momento, ſå långe thet nemnes i Dagh/ & aperta eſt janua Gratiæ, *Pſal.* 32: 5. *Eſa.* 55: 5, 6. *Joh.* 12: 35. 36. 2. *Cor.* 6: 2. qvam gratiam ſi aſpernati fueritis, experiemini illud 2. *Theſſ.* 2: 10. 11. 12. at ingen ibland eder bliſwer förhårdat genom ſyndenes Bedrageiſe. Dolendum eſt, quod per peccati deceptionem ita obduretur cor hominis, ut non cedat minis, nec flectatur flagellis, atque ingratum ſit ad omnia beneficia, prout conqueritur Dei Spiritus, *Eſa.* 48: 3, 4. *Jer.* 5: 3. *Ezech.* 2: 5. & 24: 13. add. exempl. *Caini, primi Mundi, Pharaonis, Judæ iſcarioth*

*Uſus.* 1. Cum in corpore humano cor ſit inter membra præcipua, ergo caveamus ne ſit (1) *perverſum*, leg. *Pſal.* 101: 4. *Prov.* 17: 20 did. ex *Pſal* 5: 4. 5. 6 qvale fuit iniqui judicis, *Luc.* 18: 2. 4. (2) *Infidele*, ex qvo pullulat, (*a*) *diffidentia*, *Exod.* 17: 1-7. *Num.* 11: 5. 6. Conf. *v.* 20. (*b*) *Inſolentia*, *Pſal.* 94: 3-9. (*c*) *Inobedientia*, *Num.* 14: 34. *Pſal.* 95: 10. 11. *Eſa* 1: 2. 3. 4. & *tandem induratio*, *Exod.* 8: 5. *Act.* 7: 51-53 Sed demus operam ut ſit cor noſtrum (1) *Sincerum* erga *Deum*, 1. *Reg.* 9: 4. *Pſal.* 25: 21. & *Homines*, *Pſal.* 15: 2, 3. & 101: 2, 3. (2) *purum*, *Pſal.* 24: 4. *Matth.* 5: 8. 1. *Tim.* 1: 5. 2. *Tim.* 2: 22. (3) *Contritum*, *Pſal.* 34: 19. & 147: 3 cui medetur Deus, *Pſal.* 32: 1, 2. & 103: 3. *Rom.* 4: 6-8. (4) *gratum*, *Pſal.* 34: 2-4. & 86: 12, 13. & 103: 1, 2. 20, 21, 22.

2. Maturanda eſt pœnitentia, ſiquidem ſerium eſt Dei *mandatum*, h. l. & *Pſal* 95: 8. leg. *Syr.* 5: 4-9. primum Johannis B. *monitum*, *Matth.* 3: 8. 10. & Chriſti; *Matth.* 4: 7. Conf. *Matth.* 11: 28. ſimus ergo dicto obedientes, ut evitetur *periculum*, *Rom.* 2: 4. & excitetur in cœlo *gaudium*, *Luc.* 15: 7. 10. &c. Concl. ex *Syr.* 38: 10.

*Die IV. a. d. 9. Aug.*

## CONCIO I.

*Paraſ.* Varia Deo tribuuntur Epitheta, *Pſal.* 18: & inter cætera dicitur à Davide min Tröſt/ min Borg/ min Klippa. Conf. *Pſal.* 27: 5. & 61: 3. appl. ad Text.

## TEXTUS *Pſal.* 37: v. 39. 40.

EXord. David, vir qvidem ſecundum cor Dei, conqveritur tamen de hoſtium multitudine, *Pſal.* 3: 1. de eorum amaritudine & perverſitate, *Pſal.* 94: 3-7. 20. 21 ſed erigit ſeſe certâ ſpe & auxilio divino, verſ. 11, 13, 14. 18, 19. præcipue v. 22. vocans Deum Aſylum ſuum & Petram refugii, quò in maximâ anxietate fugere poſſit, Conf. *Pſal.* 3: 3. ſeqq. & 46: 8. 12 & 62: 3. 7. 8. eâdem ſpe & fiduciâ ſeſe ſuſtentat David in hoc Pſalmo, ergo ex verſiculis ult. Notanda nobis erit

***Indubitata Davidis Fiducia in Deum.*** vot. *Pſal.* 119: v. 145.

Inſtruit & ſolatur Dei Spiritus in toto hoc Pſalmo verè pios, ne commoveantur vel indignè ferant, qvod videant impios florere, divitiis abundare, & malitioſe machinari, v. 12. ſed delectentur in Domino, eiqve commendent vias ſuas, & ſint contenti modicâ ſuâ ſorte, certo certius ſperantes

Verſ. 39. at HErren hielper the Rättfärdige/ Hebr. ſalus juſtorum à Jehovah h. e. auxilium & perfugium, imò omnimoda ſalus unicè

609
108

nicè à Domino expectanda eſt. Ferunt quidem auxilium homines, ſed non ſemper, neqve in omni neceſſitate, niſi à Domino excitati, ſed Dei auxilium eſt indubitatum, quo adjutus David cum Goliatho congreſſus eſt, 1. *Sam*, 17: 45. Conf. *Joſ.* 7: 20. 21. 2. *Chron.* 20: 6-13. Han är theras Starckheet i Nödh/ fortitudo eorum in tempore anguſtiæ, eadem vox Hebr. occurrit *Pſal.* 27. 1. & legitur fortitudo vitæ meæ; & Græc. interp. ὑπερασπιστὴς ζωῆς μου. conf. *Pſal.* 18: 2, 3. & 62: 3. ubi pluribus Epithetis & encomiis immotam ſuam fiduciam in Deum teſtatam facit, in qvâ ulterius

Verſ. 40. pergit: Och HErren ſkall wara them bijſtåndigh/ eadem verba Hebræa leguntur *Pſal.* 60: 13. & vertuntur: Skaffa oß Bijſtånd i nödene: ubi præclara confidentiæ verba ſubnectuntur: in Domino faciemus virtutem, & ipſe conculcabit inimicos noſtros, leg. *Pſal.* 18: 30. 32-43. Porrò addit in hac fiducia, dicendo: och HErren ſkal hielpa them/ liberabit pios à prævaricatoribus, v. 38. Conf. *Gen.* 19: 15. 25. han ſkal undſättia them ifrån the ogudachtige/ *juxta Hebr.* & eruet eos, eruet eos ab impiis: hac verborum repetitione, oſtendit immotam ſuam fiduciam, & rei certitudinem, ſic *Pſal.* 121: 1, 2. non tantum eruet pios, ſed inſuper frälſar them/ ſervat eos, qvod ſuo exemplo comprobavit David, qvem Deus non tantum eruebat è periculo, 1. *Sam.* 21. 11-15. ſed & ſervavit eum, 1 *Sam.* 22: 1-3. qvod Dei beneficium maximè extollit *Pſal.* 34: 5-9. Cur a. eruuntur pij & ſervantur, addit cauſam ſive rationem: Ty the tröſta på honom. Quia ſperaverunt in eo, in hac ſpe & fiducia Deum adorat David *Pſal.* 7: 2. & 16: 1. & 25: 20. &c. Et exauditus eſt, *Pſal.* 91: 15, 16. in hac ſpe & confidentia lætatur, & omnes lætari jubet *Pſal.* 5: 11, 12. & qvidem in æternum lætabuntur, &c. & hinc beati dicuntur omnes, qvi ſperant in eum, *Pſal.* 2: 12. & 34: 9. & 84: 13.

*Uſus*: utinam eſſemus & Nos in fide & fiducia ſtabiles ac ferventes.

1. Contra *malevolos hoſtes & inimicos*, quorum amaritudinem & technas Deus novit, ipſasqve proſternet, ſi in eum ſpem noſtram collocemus, Qui hic dicitur wår Starckheet i nödh/ caveamus, ne noſtris viribus fidamus, neglecto Dei auxilio, ſicut *Iabin*, quem invocato Deo, debellarunt filij Iſrael, *Jud.* 4: 3. ſeqq. ſic minas ſpiravit Senacherib, 2 Reg. 18: 13-ad fin. & 19: 10. ſeqq. ſed precibus Hiſchiæ turpiter aufugit, relictis militibus, 185000 per Angelum proſtratis. 2. *Reg.* 19: 1-5. 14-19, 35. De Rege Æthiopum Serah, quem Aſſa debellavit, leg 2. Chron. 14: 8-15. repetamus ergo illud 2 Chron. 14: 11 & 20: 6-13 Et hac Fiducia *Rex noſter* clementiſſimus, exemplo piorum ſuorum Ma-

jorum hoſtem aggreſſus eſt, & per benedictionem Dei victoriam reportavit.

2 *Contra Diffidentiam* in annonæ caritate, & ubi res eſt anguſta domi, beati qui tunc ſperant in Domino, & ſibi applicant memorabile dictum ex hoc Pſalmo, *verſ.* 16. thet litzla ſom en Rättferdig hafwer/är bättre än många the ogudachtigas ſtora häfwor. Nè a. hoc q. paradoxon accipiatur, audiamus Spiritum Dei hoc ulterius diducentem; Quia (1) qvod habent juſti, id ex benedictione Domini habent / *Prov.* 10: 12. (2) bona cum conſcientia, 2. *Cor.* 1: 12. (3) certâ ſpe, qvod ad poſteros transportetur, *Syr.* 11: 15. (4) Sunt ſuâ ſorte contenti, 1. *Tim.* 6: 6. (5) ei non apponunt cor ſuum, *Pſal.* 62: 11. (6) non efferuntur Spiritu, *Prov.* 16: 18. (7) non dant pecuniam ad uſuram, *Pſal.* 15: 5. (8) minus ipſis invidetur, *pſal.* 73: 3. (9) ſi qvid amiſerint, ſunt patientes, ut *Job. Cap.* 1: 21. (10) tranquilla conſcientiâ diſcedunt, 1. *Tim.* 1: 19. (11) honeſtum nomen poſt ſe relinqvunt, *Prov.* 22: 1. hæc omnia comprobantur, *Prov.* 15: 16. & 17: 1.

3. Contra mœrorem ex qvacunqve occaſione, ſive ſit ſecundum Deum, ſive mundi dolor, 2. *Cor.* 7: 10. *ille* operatur pœnitentiam, ut in Manaſſe, Petro, Maria Magdalena. *Hic* v. anxietatem inqvietam, quam homines ſæpe levi de cauſa ſibi contrahunt, de qua, *Syr.* 38: 21. dehortatur ab eadem, *Cap.* 30: 22-26. danda ergo eſt opera, ut firma ſpe, fide & patientia etiam hanc anxietatem ſuperare poſſimus. Acerbus qvidem eſt dolor ex diſceſſu charorum, ſed notand. illud *Syr.* 38: 16. 24. Tutela fortiſſima ex *Exod.* 22: 21-24. add. conſol. *Pſal.* 27: 10. & continuò ſuſpirandum cum Syracide ex *Cap.* 50: 24-26.

## CONCIO II.

*Paraſ.* 1. *Tim.* 2: 1-3. Seria extat admonitio ad preces, tàm in genere pro omnibus hominibus, quàm in ſpecie pro Regibus, leg. & appl.

## TEXTUS, *Pſal.* 20: *Verſ.* 2-7.

EXord. *Jac.* 1: 17. omne donum bonum eſt à DEo, & ſic tres primariæ hierarchiæ in mundo; Conf. *Prov.* 20: 22. ubi per oculum videntem, *magiſtratum*, per aurem audientem *ſubditos* indigitat, ſic extollitur officium magiſtratus *Rom.* 13: 1-7. cui ſingulari & diligenti cura præeſſe debent προϊστάμενοι *Rom.* 12: 8. quod ut fiat, diligenter ipſi orent, & pro illis pii ſubditi, quod docetur hoc Pſalmo, ex quo Notanda eſt

I. *Devota pro Rege Petitio:* II. *Exauditio!*

Hanc precationis formulam, inſtinctu *Sp. S.* (2. *Pet.* 1: 21.) ſuos

ſub

ſubditos docuit David, quâ pro Rege & Regno indeſinenter orarent, præſertim cum contra hoſtes dimicarent. Ut contra filios Ammon, Syros & eorum Complices, 2. Sam. 10: 6. - 19. ( quo tempore ſcriptus eſt hic Pſalmus. )

I. Petitio, *verſ.* 2. HErren/Jehovah, Rex Regum & Dominus Dominantium 1. *Tim.* 6 15. Conf. *Apoc.* 17: 14. & 19: 16. höre tig/ Audiat, vel potius exaudiat te, *Pſal.* 13: 4. & 17: 6. i nödenes Tijdh/ In die anguſtiæ, in maximâ anxietate, *Pſal.* 37: 28. & 46: 2. Conf. 2. Reg. 19: 3. Jacobs Gudz Nampn/ h. e. ipſe Deus, qui Jacob exaudivit in omni calamitate, vid. Conc. 1. *Diei* 2. beſkydde tig. Hebr. upphöje tig/ exaltet te ſc. ſupra inimicos tuos, & protegat te. vid. expl. *Pſal.* 9: 10, 11.

*Verſ.* 3. Han ſände tig Hielp: juxta Hebr. han ſände tig tin Hielp: opem quam pollicitus eſt Dominus, leg. *Pſal.* 13: 6, 7. & quâ jam maxime opus eſt, repet. 2. *Sam.* 10: 6. ſeqq. aff Helgedomen/ och ſtyrckie tig aff Zion in monte Zion tunc temporis fuit arca fœderis, juxta quam Deus ſupplices exaudivit & reſponſa dedit, &c. *Exod.* 25: 22. Conf. *Pſal.* 3: 4. & *Dan.* 6: 10.

*Verſ.* 4. Han (HErren) täncke på all tijn Spijsoffer/ de ſacrificiis leg. *Lev.* 2: 1. ſeqq. han täncker på/ more humano loquitur, cum Deus nullius poteſt obliviſci, ſic optat *Pſal.* 8: 5. & 125: 12. & 136: 23. Sacrificium autem erat ſale aſpergendum, ſale ſc. fæderis, *Lev.* 2: 23 quia ſacrificando in memoriam revocarent fœdus cum DEo, leg. *Gen.* 17: 7. 9. de fœdere cum Davide leg. *Pſal.* 89: 4. did. ex *Pſal.* 103: 17, 18. och tijn Brennoffer/ de holocauſtis, leg. *Lev.* 1: 2.-17. ware feet/pingvia & ideo Deo grata, vox Hebr. *Daſchen*, notat (1.) pingvem eſſe. ſic *Pſal.* 23: 5. ſic eſſent animalia in holocauſtum deſtinata pingvia, *Lev.* 1: 9. 1. *Reg.* 1: 9. (2.) notat *in cinerem verti*, Deus n. igne cœlitus demiſſo holocauſtum in cinerem redigi fecit quod videns univerſus populus, gaviſi ſunt & in facies ſuas ceciderunt, *Lev.* 9: 24. Conf. 1. Reg. 18: 34. 38, 39. 2. *Chron.* 7: 1. vox Selah/ indicat holocaſtum eſſe rem magni momenti, à Deo probari, & preces exaudiri.

*Verſ.* 5. Han ( idem Deus Jacob ) gifwer tig hwad titt Hierta begärer/ Conf. *Pſal.* 21: 3. ſi ſc. ad voluntatem inſtituantur preces, 1. *Joh* 5: 14. och fulborde all tijn anſlag/ Concilia omnia ſalutaria exequatur altiſſimus, ſine quo vanæ ſunt omnes Conſultationes humanæ, *Pſal.* 146: 4. add. 2. *Sam.* 17: 1. 2, 3, 14.

II. *Exauditio*: *Verſ.* 6. De exauditione ſuarum precum populus in corde ſuo certus lætatur, dicens: Wij frögde oß / at tu oß hielper/ Exultabimus in ſalute tua, leg. Expl. *Pſal.* 9: 15. & 13: 6, 7.

ſic

ſic Moſes liberationem ex Ægypto ſalutem nominat, *Exod.* 14: 13. & eodem vocabulo Deum alloquitur, *Exod.* 15: 2. och i HERrans wår Gudz Nampn/ in Nomine Dei noſtri, *Col.* 3: 17. h. e. firma ſpe & fiduciâ in Deum Adjutorem, eique in honorem, reeſe wij Baneret vp/ vexillum erigemus, & pugnæ nos accingemus, vid. ex *Pſal.* 44: 6 - 8. & 118: 5 - 8. HERren fulborde alla tina böner/ impleat Jehovah omnes petitiones tuas, q. d. ô Deus, qui Davidem, virum ſecundum cor tuum elegiſti, 1. *Sam.* 13: 14. ſpiritu tuo roboraſti, 1. *Sam.* 16: 13. auxilium ei promiſiſti, *Pſal.* 89: 20 - 25. Clementer eum exaudis, *Pſal.* 91: 15. Hinc

*Verſ.* 7. Eâdem fiducia gratulatur ſibi David, dicens: nu mercker jag/ nunc cognovi, nimirum preces populi eſſe exauditas, & cor meum præſagire, at HERren hielper ſin Smorda/ vid. ex *Pſal.* 3: 3. och hörer honom/ leg. *Pſal.* 6: 10. i ſin helga Himmel/ juxta Hebr. de cœlis ſanctitatis ſuæ. Sanctus eſt Dominus, imò ipſa ſanctitas *Lev.* 19: 2. ergo etiam Cœli ejus, in quibus majeſtatica ſua præſentia adeſt, ſancti ſunt, vid. expl. *Pſal.* 11: 6. hans högra Hand hielper wäldeliga: Hebr. in fortitudinibus ſalus Dextræ ejus, hans högra handz Hielp (Salighet) är medh ſtoor Krafft Conf. *Pſal.* 18: 36 - 39. quod ulterius confirmatur verſ. ſeqq. hujus Pſalmi

*Uſus* 1. Non negligunt pii Reges & Duces devotas fundere preces pro felici & pacato imperio, pro incolumitate Regni & ſubditorum, pro Religione & Juſtitia, ſiquidem *Juſtitia & pietas fortes ſunt principis arces*, item contra hoſtes; ſic *Moſes*, *Exod.* 14: 13 15. & 17: 8. - 13. *Joſua* Cap. 10: 12, *David*. 1. *Sam.* 17: 45. add. *Pſal.* 115: 12 - 15. & paſſim in Pſalt. *Salomo*, 1 *Reg.* 3: 3. - 15. *Hiſkia* 1. *Reg.* 18: 5. & 19: 19. *Joſia*, 2. *Reg.* 2: 2. ſeqq. & 2. *Chron.* 34: 1. ſeqq. *Joſaphat*, 2. *Chron.* 6: 12. &c. intimè nobis gratulamur de pietate Regis noſtri clementiſſimi, ideo crebrò nobis ingemiſcendum eſt ex *Verſ.* 2 & 7. hujus Pſalmi, HERren höre honom i nödene! HERren fullborde alla hans böner!

2. Diſcamus & nos ex hoc Spiritus Sancti monito, quid noſtri ſit officii erga Regem; nempe (1) crebras & devotas pro eo ingeminare preces, exemplo piorum ſubditorum in hoc Pſalmo, repet, illud Apoſtoli 1. *Tim.* 2: 1, 2. & *Jer.* 29: 7. (2.) Ex animo honorare, eſt enim vicarius Dei in hiſce terris, *Pſal.* 82: 7. *Joſ.* 10: 34, 35. 1. *Pet.* 2: 17. jubemur *Exod.* 20: 12. parentes noſtros honorare, Rex noſter eſt Pater Patriæ. Honorandus eſt corde, verbis, affectibus, nec non tributo, *Rom.* 13: 7. & obedientiâ, *Joſ.* 1: 16. - 18 in iis, quæ non pugnant cum verbo Dei, *Dan.* 3: 16 - 18. & 6: 10. Concl. ex *Tit.* 2: 11. - 14. Amen.

SOLI DEO GLORIA!